Fundatio Illusmi Principis Dni Bartholomæi Michajłowicij.

In Nomine Dni Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Nos Prin-
ceps Bartholomæus Michaëlis Michaëlidis Filius, cupientes æternam
in Templo Onyksztensi æternam Domus nostræ instruere memoriam,
nostræ Altaristæ sub Titulo Sanctor: Annæ, Mathiæ, Nicolai, & Magdalenæ
præbendam adaugere, ab Atavo nostro quondam Principis Illustris Dom.
Stanislai Michaëlidis, Filii olim Illustrissimi Ducis Lithaniæ, Ruthenicæ,
atq Troceusis Michaëlis Sigismundidis fundati, ac dotati e bonis Onykszten-
sibus, ad fluvium Schwyentha situatis adscribo, lego, atque tribuo perpetuis
ac interminatis temporibus insuper supradictis Altariis, terram nostram
paternam in Kurkle Witowdice trans fluvium Wirzyty positam, ar-
tractum (: Załużę, ostęp w lesie:) Bartoszki dictum, simul cum arvis,
sylvis & pratis, quæ pro sorte nostra e finali inter nos, Fratresque nostros
germanos jam vita functos, Principes Illustros, Nicolaum, Albertum,
atq Joannem Michajłowicios Jagellios divisione peracta obtigerat:
Insuper dono, adscribo, atq tribuo partem terræ Bohdanowo, adscitæ no-
bis post fata piæ memoriæ Principis Illustris Bohdani Stanislaidis
Michajłowicij, in eodem oppido Onykschty nec non ex acquisitione
a patruele Fratre nostro Illustrò Joanne Mathiæ Filio Michajłowi-
cio Jagellio cum additione illiberos kmethones, tres nempe Hanczu-
szów, totidemq Petelisów vocitatos, ac insuper duodecim Decimas, et sex
vasa Uschaty dicta, mellis crudi, una cum Jure Collationis, seu Patrona-
tus ad eandem Altariam Michajłowiczianam, Nobis nostrisq Princi-
pibq Nicolao, Joanni Georgio Mathiæ, ac Sebastiano Michajłowiciis,
eorumve successoribus, æternis temporibus preservamus. Pro quibq
omnibus hocce nostræ Fundationis Documentum juridice confectum,
Sigillo Domus nostræ comprobamus: præsentibus Illustribus &
Magnificis Dominis, hujusmodi Actui per me adhibitis Testibus,
suo quoq Sigillo opponentibus, propria manu subscribo. Datum
Vilnæ Anno Domini Millesimo Quingentesimo trigesimo quar-
to, Mensis Maij die Sexto.

(: Subscriptio manus:) Bartholomæus Michaëlis Principis Mi-
chajłowicij Filius manu propria (L. S.)

Hieronymus Hieronymides Comes in Szkłow & Mysz Chodkiewicz
Castellanus Vilnæ Capitaneus generalis Samogitiensis manu pro-
pria (L. S.)
Martinus Martinides Zborowski Castellanus Kszyvinensis
manu propria (L. S.)
Stanislaus Nicolaides Princeps Radziwiłł manu propria (L. S.)
Joannes Hlebowicz Capitaneus Mscislaviensis manu propria
(L. S.)

Dispositio ultimæ Voluntatis Illustrissimi Principis Stanislai Michajłowicz Filii quiescentis in Dño Serenissimi Lithvaniæ Russiæ ac Trocis Ducis Michaelis Sigismundidis.—

Nos Princeps Stanislaus Michajłowicz, obtinendo post Genitorem Nostrum Moeviæ Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo secundo anno vita functum, Serenissimum Lithvaniæ Russiæ ac Trocensem Ducem Michaëlem Sigismundidem, Avum vero nostrum, Illustri Magno Duce Lithvanico, Samogitico, & Ruthenico Sigismundo Kiejstutide genitum, diversos Principatus, ut potè Starodubowiensem, Nowogrodensem, Trocensem, & Druckiensem, nec non in nostra existentia possessione, scilicet: Witowdowskie, Kurlele, seu Powirzyncie, Onykszty, & Pieniawy, atq oppida cum prædiis Chotehle, partem Slucciæ, & Pobojsko, cum Districtibus ad illa pertinentibus, ac Judiciis & Juridictionibus, adhuc stante vita Patris nostri præmemorati Illustris Principis Michaelis Sigismundidis, sub dominium nostrum tradita; quæ bona nostra ex permissione Serenissimi Regis Poloniæ, ac Magni Ducis Lithvaniæ Casimiri, hodie Filio nostro Illustri Principi Bohdano Stanislaidi Michajłowicz ad possidendum tradentes, relinquimus ipsi etiam jus recuperandi cunctos principatus, cæteraq bona, Patri nostro olim subjecta, quiq Principatus & bona postquam recuperaverit, ac deren realiter, via gratiæ Serenissimi Regis Poloniæ ac Magni Ducis Lithvaniæ Casimiri, de quorum redditione Suæ Regiæ Majestatis dignati sumus promisso, Eosdem igitur Principatus, & bona terrestria, cum Districtibus, Judiciis, Juridictionibus, ac servitiis, Filium nostrum Principem Bohdanum Stanislaidem Michajłowicz, per quam longæva vita sua cessante, obligo, ut relinquat, reddat, ac post se resignet, quemadmodum nunc & Nos relinquimus, tribuimus, atq resignamus, Filiis suis, nostris vero Nepotibus, Illustribus Ducibus Nicolao, Serephino, ac Michaeli Bohdanowidarum Michajłowiciis Zagiellis. Poderes vero, seu Paludamenta nostra ducalia, cæteraq Storis, cum omni bellica Panoplia, atq militaribus armamentis, seorsive Nepoti nostro Principi Michaëli Bohdanowidi Michajłowicio Zagiellio adscribo & tribuo.— Insuper, Ecclesiæ parochiali in Chotehle Millesimo Quadrigentesimo Trigesimo primo per Parentem nostrum Illustrem Lithvanum Ruthenum ac Trocensem Ducem Michaëlem Sigismundidem fundatæ, prædio Hrye dicto, & in ejusdem Ecclesiæ possessione existenti adjungimus sex servitia subditorum & octo Decimas. Ecclesiæ quoque in Stucko parochiali Millesimo Quadringentesimo nono per eundem Nostrum Parentem ad terram prædii Odyniewo dicti, jungimus etiam Viginti subditorum servitia, quatuordecim arvas desertas, Decimasq triginta. Porro Ecclesiæ parochiali in Pobojsko, Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo primo, per piæ memoriæ Avum nostrum Magnum Ducem Lithvanicum Samogitticum Ruthenicum Sigismundum Kiejstutowicium fundatæ, ultro addimus duodecim arvas ac decem servitia subditorum, in eodem nostro oppido Pobojsk situatos: idque unice ad incessabilem Dei cultum augendum: ut Venerabiles Sacerdotes, Curati divinis officiis continue fungentes, Atavorum nostror., Nostræ quoq, ac futurorum abnepotum nostrorum Animarum sint memores; cunctas autem hujusmodi Fundationes, singulari tutelæ, & Patrocinio Reverendissimi Capituli Vilnensis subjicimus: pro labore vero quo ad invigilandum iisdem Fundationibus recte percipiendis Reverendo dicti Capituli Procuratori, & vitemis temporibus quotannis quadraginta Sexagenas litthanicas assignamus.— Pro quo hujusmodi extremæ Voluntatis nostræ ordinationem ac dispositionem statuentes, juxta Sigilla Nostri, atq expostulatarum a Nobis Insignium Dignitate Personarum subscribimus.— Datum Smilsztys in Castro nostro residentionali Anno Dñi Millesimo Quadrigentesimo Quinquagesimo quinto Mensis Januarii die decima tertia.—

Princeps Stanislaus Michajłowicz (: L. S.:)

Princeps Michael Janowicz Chiński manu propria (L. S.)

Georgius Jurewicz Dzik — manu propria (L. S.)

Princeps Matys Hrehorowicz Persalicki — manu propria (L. S.)

Albertus Michajłowicz Gasztołd — manu propria (L. S.)

Princeps Georgius Jurjewicz Massalski — manu propria (L. S.)

Princeps Albertus Lawrynowicz Giedrojć — manu propria (L. S.)